



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1479. usque ad annum 1494

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118340

§. 51. Joannis Duglossi Scriptoris Poloni obitus

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66444](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66444)

Sæcul. XV. revocaret; denique Imperatorem, ac Re-
A.C. 1480. ges & Principes ad opem Christianis fe-
 rendam hortabatur, & viginti quatuor
 triremes, quas in subsidium Rhodiensium
 Equitum paraverat, impigro studio, om-
 nique diligentia in Apuliam transvehit
 jubebat. Insuper Principes & Prælatos
 quantocius Romam venire rogavit, ut de
 mediis pro tuenda Religione opportunis
 una omnes communi consilio delibera-
 rent. Hæc sollicitudo eo magis ad co-
 hibendos Turcarum progressus necessa-
 ria erat, quo furiosus Bassa Achme-
 tes, occupatis nonnullis urbibus, totam
 oram Adriatici maris incursionibus in-
 festaret, ac sacram quoque ædem Lau-
 retanam deprædari moliretur. Verum
 Achmetes ad solum Christianæ classis
 conspectum ingenti repente terrore cor-
 ceptus, pedem quam citissime referre fra-
 tuit. Ceterum Hydrunti ab infidelibus
 capti historiam Antonius de Ferrariis in
 talo sermone descripsit, quam Michael
 Martianus Anno Domini millesimo sex-
 centesimo duodecimo latine reddidit.

§. LI.

*Joannis Dlugossi Scriptoris Poloni
 obitus.*

Michov. l. 4

c. 72.

Cromer. l. 29

Revocant ad hunc annum Auctores Po-
 loni obitum Joannis Dlugossi, qui

& Longinus dicebatur, ac Canonicus Cracoviensis, necnon paulo post Leopoldiensis Archiepiscopus renunciatus fuerat. Scripsit Poloniæ historiam typis excusam, cujus authographum Romæ in Bibliotheca Patrum Oratorii S. Philippi Nerei asservatur. Plurimum commendatur a Pio II. summo Pontifice; erat enim Vir omni laude dignus, & tam nobilitate generis, quam virtutum, eruditionis, ac singularis in rebus gerendis dexteritatis fama insignis, qui quamvis multa a Casimiro Rege propter Sbigneum Cardinalem perpeffus esset, postea tamen ab eodem Principe ob meritorum præstantiam multis beneficiis cumulatus est, adeo, ut Rex ipse & liberorum suorum educationem & gravissimas legationes eidem, explorata Viri probitate, commiserit. Exequiæ illius magnifica pompa celebratæ sunt, quibus Michovius, ut ipse refert, interfuit, qui etiam Dlugossi vitam moresque fufius describens, cunctas hujus Viri lucubrationes recenset.

Sæcul. XV.
C.A. 1480.

§. LII.

Controversia de Annulo B. Virginis.

Exeunte Mense Decembri summus Pontifex dirimere nitebatur controversiam inter Perusinos, & Clusinos Cives

Bzov. annal.
eccl. ad ann.

1480.

E 2

exor-